



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Saluti, quandiu licet operam dandam esse. 59.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

amentiam? Quis non adulterum
 animum conuinceret? His nimi-
 rû verbis docet vir sanctissimus
 non esse nobis committendum,
 vt amorem nostrum in rebus vl-
 lis conditis defigamus, verum
 per eas tanquam per scalas quas-
 dam ad Dei amorem conscen-
 damus.

Saluti, quandiu licet operam
 dandam esse.

59.

*E*ta age non pigro nidum tibi finge labore,
 Dum calor est, aestas ac tibi leta fauet.
 Tristis hyems ventura breui est, ac nubila ceca,
 Et, quos non cupias ipse videre, dies.
 Cum supera in terras Christus descendet ab arce,
 Criminibus pœnas constituetque graues:
 O miserum, ex animo qui nil magis fecerit vnquam,
 Quàm facit ex anima sus lutulenta sua.

SCHOLIA.

Eta age) Hæc verba ab Hesiodo
 mutuatus sum quemadmodum
 superius indicaui.

m iij

Et quos non cupias) Hoc est quod
 Eccl. 12. ait Sapiens, Memento Creatoris
 tui in diebus iuuentutis tuae,

tequam veniat tempus afflictio-
 nis & appropinquent anni
 quibus dicas, Non mihi placeat

O miserum) Bernadus in epist.
 104. quadam ad Galterum, anxietate

eam animi ei ob oculos pre-
 ponit, in qua extremo iudicio
 futurus est, si inueniatur nil eg-
 amplius de immortali & rati-
 onali spiritu suo, quam quod
 pecus de suo: cū brutus spiritus
 non viuat nisi quandiu viuificatur
 & vno eodēque momēto & viu-
 ficare pariter desinat, & viuere

Voluptates huius mundi ad
 tremum amaras inueniri.

60.

*Q*ualis erat Iezabel, cū pietā ostenderet ora,
 Principis vt fieret mitior ira noui:
 Talem se mundus stultis ostendere gaudet,